


# A.1. PROGRAMA PRÁCTICO DE LECTURA Y EJERCICIOS

## 1. LECTIONES - Lecturas

### 1.6. Lectiō sexta (VI): "Cum sōl surgit, novus diēs incipit"



**LECTIO SEXTA (VI): "Cum sōl surgit, novus diēs incipit".**

**PERSŌNAE (3): Narrātor/-trix, Antōnius et Fēlix.**

Cum sōl surgit, novus diēs incipit.  
Āēr frīgīdus est, suavis ventus flat.  
Sed passerēs garriunt atque canunt,  
nam passerum est garrīre atque canere.




Hodiē schola nōn est: puerī vacant.  
Omnēs rūrī volunt convenīre atque  
lūdere. Nōnne lūdere puerōrum est?



Antōnius intérrogat, Fēlix  
respondet.

Quī passer est ille?  
Nōnne scīs?

Plānē  
nescio.




Caelum tōtum est plēnum avium quae  
hinc illuc volant. Avium est volāre.  
Nōnne avēs sunt animālia quae volant?



Minimē! Nōn modo volant avēs:  
etiam alia animālia volant.  
Immo multa insecta habent  
quattuor ālīs! Quot ālīs  
volant passerēs? Duōbus ālīs  
tantum!



Piscēs autem nōn in āere volant, sed in  
aquā natant pinnulīs et caudā. Piscium  
est in maribus atque flūminibus natāre.  
Nam aliī piscēs sunt marium, aliī piscēs  
sunt flūminum.



*Bovēs et ālīs et pínnullīs carent.  
Quid agunt bovēs? Ea sunt animālia  
quae tantum edunt et mūgiunt.*

*Boum est mūgīre!*



*Etiam ī equī, quī in campō currunt,  
ālīs carent. Equus sine ālīs, sine  
pínnullīs est, sed quattuor valéntibus  
pédibus! Equōrum est cúrrere!*



*Quid? Nūllusne equus volat?  
Minimē! Nam equus est duōbus  
ālīs, cūius nōmen Pēgāsus est!*



*Sed ánimā est fābulōsum,  
quod rē vērā nōn est...!*

*Est quoque canis tribus capítibus  
in ūnō cōrpore, cūius nōmen est  
Cérberus: haec fera deī Plūtōnis est  
et in infernīs hábitat...*



*Sunt etiam equī quī in marī natant:  
eōrum nōmen est hippocampus, equus  
bipēs quī neque in āere volat neque  
in campō currit, sed in aquā natat.  
Hoc est ánimā Neptūnī, deī maris.*



*Sed animālia mythica relín-  
quimus: aliō diē plūra dīcēmus  
dē centaurīs, dē cyclópibus,  
dē sciāpódibus...*



34

¿Quienes eran los 'esciapodos' o 'esciapodas'? Así los describe Plinio el Viejo ([Plinius Maior](#)) en su *Naturalis Historia* 7, 23:

"[est] hominum genus, qui Monocoli vocarentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad saltum; eosdem Sciapodas vocari, quod in maiore aestu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant".

"existen unos hombres, que se llamarían **monocolos**, con una sola pierna, y de extraordinaria agilidad para el salto; que también se llaman **esciápodas**, porque en los mayores calores permanecen tumbados boca arriba en el suelo protegiéndose con la sombra de los pies".

\*

EL MISTERIO DE LOS SERES CON UN SOLO PIE GIGANTE L...

